

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0031

**LOG Titel:** De Ossifraga. Cap. XI.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## V S V S.

*Lib. 2. cap.  
589.*

**G**YLLIVS Perdico: heron Apollinis ministrum esse scribit, Accipitrum & Aquilarum genera enumerans, ubi forte debet Percnopteros legi. Auicenna remedia aliquot ex felle Auis Rachame, quo nomine Percnopteron Arabicè vocari in Synonymis diximus, describit his verbis: *Rachame fel distillatur cum oleo violaceo in auribus dolorem. Fit ex eodem caput purgiam medicamentum pro infantibus (pueris opinor) aut infunditur in nares eorum, ut flatus inclusi dissipantur. Fit etiam ex eo Alcohol ad leucoma seu albuginem oculorum cum aqua frigida. Filius Alpatrich docet fel huius Auis extocari in vase vitreo in umbra, fieriq; inde alcohol in latere morsus viperæ, quod non est verisimile. Aliqui experimentum nostrum prædicarunt ad venenum scorpionis & viperæ maioris per illusionem. Finas Rachon, si suffatur, scutum expellit, ut ex Dioscoride Serapio testatur, qui finum Gypos, id est, Vulturis idem facere testatur.*

*Fimus.*

## DE OSSIFRAGA.

## Cap. XI.

*In Mirabilibus.*

*Li. 10. ca. 3.*

**E**TIAMSI Aristoteles Ossifragam inter Aquilas non recenseat, sed seorsim de ea tractet, tamen non potuimus adduci, quin & hęc ipsi locum etiam in finum, veluti adolterina, assignaremus. Nam vel ipso Aristotele teste, ex Halietis nascitur. Plinius Aquilam eam vocat, & Aquilarum catalogo etiam ascribit, ubi ait. *Quiddam adijciunt genus Aquila, quambatam vocant, Talsi verò Ossifragam.* Cognatum enim, ut idem asserit, Aquilis genus est. Demùm ob insignem pietatem, erga prolem non modo suã, sed & alienam, certamen Aquilarum tantum ab ijs excludi nequit, quam eiectam excipit, & cum suis educat, conficia cognationis, quę ipsi cum illis intercedit. Quia ipso insigni paterni affectus officio, reliquas omnes, quotquot sunt, Aquilas longè superat. Adde quòd neque magnitudine corporis, neque robore, neque actio- num præstantia, Aquilam cuiquam, si Chylæion & Valeriam excipias, cedere videtur. Sane si Orpælargum fel Percnopteron in Aquilarum gregem admittimus, quam & ignavio- rem, quam Aquilam decet, & degenerem, actantium non vulturem omnes facerent, potiori sanè merito ab Aquilarum numero minime eximenda Ossifraga videtur. Non enim pisces solum, ut Halietus, sed animalia etiã & grandiscula caput, a quibus trucidatis & ossibus eorum con- fractis nomen inuenit. Neq; hic ob stare debet, quòd ex Halietis nasci dicatur. Eos enim etiam ex diuerso Aquilarum coitu genitos, Aquilas tamen nemo unquam negavit. Quin etiam cum Aristoteles disertè tradat, solam Gnesiam seu Chylæum veri & incorrupti ortus credi (cætera enim genera & Aquilarum & Accipitrum & minutarum etiam auium promiscua, adulterinaq; inuicem procreare) quę causa erit, ut ex Aquilarum albo Ossifragam potius, quam alia quamuis, etiam spuria sit, extirpemus. An verò ob solam oculorum visusue imbecillitatem, quę alia, præsertim verò Halietus, possent, ea speciem mutare & ab Aquilarum familia abdicari debeat, cum alioquin & forma & cæteris omnibus Aquilam referat, alij viderint, præsertim quòd cum Aristoteles minime de hac, quòd interdum non cernat, sed noctu venetur, ut de Noctua & Cicoma capite eodem fecit, tradidisse legatur, licet oculis parum valere dixerit. Sed ut verum sit Ossifragam non nisi summo mane & vesperi, ut suo loco dicitur, venari, non ideo inter Noctua non est censenda erit, nam & Aquilæ teste Plinio, à meridiano tantum tempore ad venatum procedunt, adeo ut Balaenus non sit veritus dicere, Chylæum in obscuro prædam quærere. Verùm hac de re, quòd cuique lubet, sentiat.

*Etymologia  
Ortus.  
Li. 9. Hist.  
cap. 32.*

*9. Hist.  
cap. 34.*

*Lit. 10. ca. 3.*



## Æ Q V I V O C A .

**O**SSIFRAGVS, vt Cassius Severus asserit apud Senecam, eum significat, qui ossium fractura quempiam debilitat. *Φινια* apud Suidam montis nomen est. *Φινια* Stephane Arcadiæ oppidum designat. Sanqualis porta appellatur proxima ædis Anci apud Festum.

*Lib. 6. Con-  
traue s  
Φινια mōs  
Φινια oppi-  
dum.*

## S Y N O N I M A .

**A**VIS hæc Græcis *φινια* & Aristoteli *φινια* dicitur, Latinis & Thufcis *Ossifraga*, quod ossa ex alto in rupes demissa frangat. Diversum ab hac *Ossifragum* esse genere masculino elatum Hermolus existimat, cū inquit: *Differit Ossifragus ab Ossifraga, etiamsi confundans aliqui, quod Ossifraga est septimū Aquilæ genus, quæ barbara dicitur, & Sanqualis: Ossifragus verò siue Phinias ea est Avis, quæ alienos faciens cum suis auis, quos Aquilæ nutriendis idcirco elegerint.* Verùm quod pace Barbari dictū sit, huiusmodi differentiam nullā apud auctores observare licet. Plinius. n. masculino genere *Ossifragū* profert, at Lucretius *Ossifragā* feminino. Marcellus Empiricus utroq; Gaza ex Arist. *φινια* *Ossifragā* solet reddere. Ego utro genere cōferatur, nihil referre dixerim, & utroq; genere eandē Avē significari. *Φινια* (vt Hermol. & Cassius scribunt) vt *φινια*, casu recto nō inueniri puto, sed *φινια* tantū, vt *φινια*, benè tamē *φινια* teste Diolcoride. Plinius Barbatam quoq; vocari asserit: Oppianus Harpen Auem solā barbarā facit, quæ cum *Ossifraga* confunditur: ego omnino eandem esse existimo; Verba Oppiani sunt. *Harpæ conspectus sese offerunt, rupium asperrimarum incolæ. Nidos, n. pullis struunt in altis montium hiatis, præcipitijs, vt reliqua volucres truncis & ramis insident. Palios miro amore profecuntur, adeo vt si quis rusticus pullum Harpæ lateenter suffuratus fuisset, illa nidum deinceps, cibo neglecto non relinquat, & locum omnem gemitū plorantis in similitudinem mulieris impleat, & lachrymarum deflexu genas madefaciat. Vestuntur autem eis maxilla & mentum tam frequentibus plumis, vt barba quandam speciem ad collum demissam representent, & hæc eis inter omnes*

**Aves nota peculiaris.** Lapidibus vescuntur, & prædem minorum animalium ossibus. Quod si deglutire possunt, autid, quod obrigerit, ingerunt. maiora verò unguibus apprehensa in sublimē volantes per saxa deiciunt toties, donec frangantur, edendosq; sint. Quæ tanē omnia *Ossifragæ*, vt ubiq; hic apparbit, competunt, & nō Vulturi aureo, cū quo Harpæ Ornithologus confundit. *Ossifragæ* etiā nomina sunt: Sanqualis, atque Immusculus, de quibus ita Plinius: *Sanqualem anem & Immusculum augures Romani in magna quaestione habent, Immusculum aliqui Vulturis pullū esse arbitrantur, & Sanqualem Ossifragæ Massurijs Sanqualem Ossifragam dicunt esse, Immusculum autem pulium Aquilæ, priusquam cauda albicet.* Massurij sententiam Festus astituit, cū ait: *Sanqualis Avis est, quæ Ossifragæ dicitur. Item albi. Immusculus avis genus, quam alij Regulum, alij Ossifragam dicunt.* Sed apud Festum Immusculus, alibi etiam & Immutulus scriptum reperitur, vocibus, vt apparet, corruptis, vbi ait: *Immutulus ales ex genere Aquilarum est, sed minorum virtus quāvis Aquilæ, quæ volucris raro, & non ferè, præterquam vere apparet, quia algorem, a summe metuit: appellatur autem ita, quod subito & inexpectata se immittat.* Videtur autem secundum hanc derivationē ab immitendo Immusculus debere scribi. Vnde antiqua vocabula eandē Romanis Auem, nempe *Ossifragam* denotasse perspicuū est. Auicenna interpretet vocem Cabarum in historia animalium vertit *Ossifraga*, quā lingua Arabice dicit vocari Belez & Persicè Hamoni. Syllaticus dictionem Arachamati exponit frangens ossa. Verùm corrupta videtur vox pro Alrachame: quam vocem pro Vulture positā inuenio apud Auicennæ interpretem libro paulò antè citato. Raham vel Racham Hebræis Avis quædam sic dicta est, quod sit benigna in pullos suos, quā Iudæi nostrates Picam interpretantur. Scio vocem Raham Hebræis significare misericordem & benignum: & cū *Ossifragæ* benignitas non solum in suis, verum etiam in Aquilæ pullis celebratur; itaque eandem Auem esse credi potest. Aut forte latius patet vocabulum Racham, ita vt & Vulturem & *Ossifragam* & Gypæum simul comprehendat. Apud Albertū alia quædam barbara nomina leguntur, vbi scribit in hæc verba, *Avis quæ Græcis dicitur kyn (corrupta vox a φινια) arabice vocatur Cekar, quam Auicenna kabin, eiectū Aquilæ pulum recipit & nutrit.* Et alibi: *Pallos ab Aquilæ eiectos dicunt aliam Auem colligere quam Græcis Cekar. Fehi (vox corrupta pro φινια) Latine Fulicam dicunt, vt quidam interpretantur, sed falsū. Nam Fehi vocatur Avis Confusa (sic habet) species est, quæ Aquilam non nutrit. Fulica autem est Mergus niger vocatus, & Avæ minor.* Sic D. Ambrosius & alij quidam recentiores *φινια*

*Φινια.  
Ossifraga.  
Ossifragus.  
In Coroll. in  
Plin.  
Li. 10. c. 7.  
Li. 5. de nat.  
ur. ver.  
Li. 10. c. 6.  
Le. 7. Ant.  
Lib. de Au-  
cupio.  
Harpe Op-  
piani.*

*Sanqualis.  
Immusculus  
Lib. 1. c. 7.  
Regulus.*

*Cabarum.  
Belez.  
Hamoni.  
Arabiamani.  
Raham.  
Racham.*

*Kyn.  
Cekar.  
Fehi.  
L. 3. Exam.  
cap. 8.*

Fuli-

Cuni.

Cisfred.

Lib. 23. de

Anim.

Kirij.

Kinium.

Querantabu-

buffos.

Cebalos.

Beinbye-

cher.

Aquilaastro.

Fulicam, sed malè interpretantur. Idè Albertus alibi; *Auis* (inquit) *quam Cuni Græci vocant vera est illa, quam alij Cisfred vocauerunt, & Latinè dicitur Ossifragus*. Idem alibi Ossifragà vocat Kyrij, vel vt alij legunt kynium: alibi Kim dixit, quæ vox pro Kyni fortè corrupta est, aut contrà: nam m litera & ni Syllaba facile inter se permutatùr, in dictionibus barbaris præsertim. Ego Kyni duabus potiùs syllabis legerim, cum etiam Cuni alibi scribatur, quæ forsitan vox à Græca *κυνι* corrupta est, vt aliz pleræque, quas Arabes scriptores ita à Græcis detorserunt, vt origo earum vix agnosci possit. Quas fordes omnes Albertus doctior certè, quàm eloquentior, ex Arabum sententiis hausit. Hispanis Ossifraga nuncupatur Querantabucifos & Cebalos. Germanis Beinbrecher. Italis Aquilaastro.

## FORMA. DESCRIPTIO.

Lib. 8. Hist.  
cap. 1.

Magnitudo.

Color.

Lib. 9. Hist.

cap. 32.

Visus.

Lib. 9. Hist.

cap. 14.

Longitudo.

Pondus.

Rostrum.

**O**SSIFRAGÆ, inquit Arist. *magnitudo maior est, quàm Aquila, color ex cinere albicans*. Verùm ex his verbis non omnibus Aquilis simpliciter, & vniuersum maior putanda est. Superatur enim sola à Chrysaëto, vt Aristoteles ipse testatur, cum de ea agens, ita ait: *Maxima Aquilarum omnium hæc est, maior etiam Ossifraga*. Vnde verè dixisse illū constat, maiorè esse Aquila Ossifragam etiam omni, si vnicam Gnetiã excipias. *Parum oculis valet: Nubecula n. oculos habet obafos*, eodè Arist. teste. Hæc à veteribus de Ossifragis specie prodita sunt. Eius verò, cuius nos iconem exhibemus, istæc descriptio est. Ossifraga, quam excellentissimus D. Alphonus Cataneus Serenissimi Ferrariæ Ducis Archiatræ mihi dono misit, ab extremo rostro ad vltimam caudã vel pedes (vt rotundq; enim, si extendebantur fines in idè eicondebant) longa erat quatuor dodrantes & medium: Alis verò extensis spithamas nouem lata. Pendebat libras vndecim. Rostrum ei aduncum admodum, adeo vt vncus solus pollicem latum adæquaret. Torum verò digitos duos latum, palmum verò longum, subnigrum, & ex corneo colore, fuscum, non nihil ad subcaruleum obscurum accedens. Initium membri ana quædam vltra narium foramina, protensa inuehit, quæ finibus suis seu marginibus S literam exprimit. Rictus palmum & digitum vnum longus est. Lingua humanæ simillima, lato apice, vtriusque hamatis appendicibus, duriusculis & corneis, & membrana quadam tenui ad inferiorem mandibulam connexa. Extremam eandem, quã mentis spectat, cornea membrana ambit. Inferior mandibula instar canalis excavata, oris sublati palatum vtriusque subit, eiusque marginibus includitur quod medio rimam quandam exhibet, per quam pituita è capite destillat. Caput & collum totum oblongis plumis & angustis riget. Quin & de mento plumulæ tenues villorum instar propendunt ad arunci seu barbæ speciem. Vnde forsitan à Plinio, nec nõ Bellonio Aquila barbata cognominatur, & ego ex ea potissimum nota Harpen Oppiano dici autumo. Plumæ totius corporis singulæ triplici colore variant, sub albo, fulco, ferrugineo. Remiges tamen penarum ferè ex toto fuscæ sunt, nonnihil ad castaneum tædentes. Sed & duodecim caudæ nihil aut perparum ruffescunt, albo tantùm & nigro maculatæ. Albescunt ea parte, quæ intrò spectat, quæ extrà, fuscæ sunt. Mediæ duæ promiscuè notis albis consperse, maiori ex parte fuscæ sunt. In extremo omnes nigra: quæ his ab extremo dorso incumbunt, ferè totæ albis, paucotamen nigro respersæ, & nisi quod extrema nigricent. Crura fuscis plumis aliquantum fuluæcentibus ferè tota obteguntur, ita vt ad duos digitos tantùm, quod plumis nodum est, ad pedes vsq; interijciatur. Totius verò corporis cutem proximè vestiunt plumulæ molliculæ, candidissimæ, tanquam lenissimum ac tenerimum quodpiam vellus, seu plumosa lanugo, coprosius, quo Cygnus modo. Pars crurum seu tibiarum infima, quæque ad duos digitos plumis destituta est, vnã cum pedibus intenso luteo tinctæ est. Expansis digitis spithamam explent. Medij longitudo palmum æquat. Vngues nigerrimi, adè vt præ atrocè splendean. Semicirculum ad amissum representant. Eorum ad se mutuo hæc est proportio. Pollicis maximus binos digitos longus est, hoc ipso minor anticorum primus, iste rursus maior penultimus, minimus omnium est postremus. Vnguium substantia intus alba & ossea, foris fulco cortice in tecta. Crus & pes squamulis rotundis maiori ex parte inæqualibus prædita sunt, sed antica cruris pars, & superior digitorum tabellas semicirculares habent, vt & Chrysaëti. Huius mihi Auis iconem ad viuum coloribus suis expressam olim, videlicet ante triginta annos, magnus ille Botanicus Carolus Cluuius, vir doctissimus, mihi que amicissimus transmisit, sed in hoc plurimum hallucinatus, quod Haliætum vocaret, qui sanè Ossifraga multò minor est: huc verò ferè in modum ad me scripsit: Haliætus hic, què maritime nostræ oræ Zee Arent, hoc est, Aquilam marinam vocant, globo traiectus fuit superiore hyeme, atq; postridie delatus ad generosum

Rictus.

Lingua.

Mandibula.

Caput.

Lib. 10 c. 3.

Lib. 2. de

Auib. c. 8.

Penna.

Dorsum.

Crura.

Pedes.

Vngues.



sum virum Carolum ab Audomaro Brugas oppidum Flandriæ. Eum prius exenteratum illi cõ depingi curauit, institutum suum secutus, vt omnis generis, quas quidem nancisci potest, Aues, quadrupes & pisces, tum etiam stirpes ad viuum exprimi curet. Hanc verò Aquilam solis piscibus vesci, testis esse possum, qui præfens aderam, cum exenteraret. Nam in eius ventriculo nihil præter pisces conspeximus integros, etiamnum alios, semelos alios. Tanto autem foetore triclinium, in quo illam secumimus, implebat, vt vix ferre possemus. Foetor verò erat veluti putridorum falsamentorum. Magnitudo quæ alijs Aquilis. Alæ expansæ id spacij comprehendebant, quod vir mediocris stature, manibus brachijsq; extensis amplecti potest, hoc est orgyam vnã. Color totius corporis qualis in icone cõspicitur (erat autem talis, qualem diximus) Fabulosum autem est, quod quidam de Aquila marina commenti sunt, quod alterum videlicet pedem planum Anseris, alteriusue aquaticæ auis modo habeat, cuius adminiculo natare possit: alterum verò reliquarum rapacium modo, vt prædam capter. Hactenus Clarissimus Clusius: Verum quod antea in Chrysaëto fecimus, cuius interna quantum licuit, perscrutati sumus non vt hæc quid ad ocularem specierum cognitionem conferre existimemus, sed vt quantum fieri potuit, honesta studia promoueamus; itaque eodem instituto obseruato idem in *Ossifraga* facturi sumus, & eius anatomiam administraturi, non tamen integram, sed eorum, quæ & visu digna nobis visa sunt, & in penuria materiæ videri potuerunt.

## PARTIVM INTERNARVM descriptio, seu anatomes Excellentiss. D. Ioh. Baptista Cortesio administratæ explicatio.

*Sternum.*

**S**TERNVM solidissimũ, robustissimumq; profundius multò, quàm in reliquis alitibus, instar nauis excauatum est, æquabile, nullis tuberibus, vt in cæteris vsu venis, in quibus versus iugulum interstitium quoddam osseum est, quod sternum secundum longitudinem in duas partes æquas diuidit, & cavitates duas vtrimq; & angulos cõstituit. Vniformi itaque fornice excolptum est per totũ, eaq; tereti ac alta cavitate in parte suprema proxima iugulo, qua cor membranis quibusdam illi adhærescit. Vesica fellis exigua, cui nullum cum hepate consortiũ est. Neque enim illius cauo, vt in alijs animantibus continetur, sed sub ventriculo multo adipi immergitur. Abdomen copiosissima pinguedine redundat. Vterus infera parte angustior, superiora latior, pyri formæ exhibet, crasso satis corpore, cuiusmodi quadrupedũ ferè, plenus semine. Oculum totum membrana quadam ab inferiori parte oriens sursum ducta inter nictandum tegit, ideoq; periophthalmium dicta est. Sed in oculo dignum obseruatione est, quod vucæ quæ homini in pupilla perforatur, tenuissimam quandam membranulam pupillæ prætenfam habeat. Atqui hoc est, quod Philosophus dicere voluit illis verbis, *Parum oculis valet: nubecula enim oculos habet obfatos*: subtilissimam eam membranam nubeculam vocans. Istæ tamen ne profus visionẽ præpediret, quod retrò & ab lateribus nigro, vt homini, colore imbuta, & substantia paulò crassior sit; itaq; patrem, quæ iridis ambitu clauditur, subtilissimam omninq; coloris expertem & exactè pellucidam natura fabricata est. Hoc ipsum visus detrimentum non nihil resarcire potest superciliorum aut supernæ orbitæ oculorum partis prominentia, quæ ceu tectum aut suggunda quadam oculos supernè operit, non tam ad arcendas, quæ supernè ingruunt, iniurias, quàm quòd spirituum dispersionem prohibet, & ad eorundem collectionem & vnitate plurimùm confert. Ventriculi autem hæc est compositio. Corpus eius non vt plerisq; alijs carnosum, sed membranosum erat, tutum instar humani, oblonga figura crumena præ se ferens, fundo nempe quàm superiori orificio latius. Ingluuiæ caret, quod Plinium non videtur latuisse, ex hisce verbis, *Vnum ossifraga inest sinum, mirabili natura omnia deuorata conficienda*. Veni n qui ventriculo incumbit cesophagus, simulatq; iugulum transijt, paulatim magis ac magis, ad ventriculum vsque dilatatur, & procul dubiò ingluuiei seu prolebi vicem gerit. Ventriculo dissecto Anguillæ frustra tria reperimus, vnde etiam piscibus vesci manifestò conijcimus. Hæc in stomacho iam coqui cæpta, tam dirâ mephitim exhalabant, atq; adeo tetra ac acuto foetore nâres offendebant, vt nos penè in animi diliquium incidere coegerint. Sed præterquam quod Auis iam ad duas hebdomadas mortua fuerat, vnde nil mirò, si putre illud alimentum, angulij cadaueris inclusum, nullog; aër vent llatum pessimè foetere perceptum sit, illud Aquilæ etiam peculiare scribitur, vt illi halitus malè oleat (ergo credo ob biliosam Auis

*Fel.*

*Oculi.*

*Vuca.*

*Periophthalmion.*

*Lib. 9. Hist. 54.*

*Ventriculus.*

*Cesophagus.*

*Vicus.*

intemperiem) a deo vt contracta semel ab ea, aut temesa alites ceteræ, etiam si famelicæ, degustare abhorreant ob translationem nimirum in ea putridæ qualitatibus contingit. Cor ipsi medicore & pro reliqui corporis proportione paruum potius quam magnum, quale alitem magnanimum decebat. Alæ tres articulos maiores supernè membrana quædam robusta continet, palmum & digitum lata, dodrantem longa cum medio Lien rotundæ ferè figuræ non vsq; adeo magnus. Vropygium mediij pugni crassitudine adipem supra quam credi potest, copiosam continet.

Sed rationes, quibus mihi hanc proximè à me descriptam Auẽ, Ossifragam esse, & nõ aliam certò persuadeo, huiusmodi sunt, & quidẽ euidenter. Colore in primis est ex cinereo albicans, quod Aristoteles de Ossifraga tradidit: sic nebulosa oculos lefos obrinet. Hoc anatomica inspectione palam factum, estq; huic Aui peculiare, nec in alia Aquila obseruatum, nempe quòd pupillam alia adhuc præter corneam membranam obtendat. Ossifragæ vniciũ esse intestinum mirabili natura omni denotata conscientia, scribit Plinius. Hoc si quis non de propriè dicto intestino, sed de ventriculo intelligat, non ineptè fortasse faciet. Intestina enim in omnibus omnino substantia vnum sunt, plura officio. Voluisse autem Plinium dicere Ossifragam nulla ingluuie, vt alias Aquilas & Aues plerasq; instructam esse, sed vnico vetriculo omnia assumpta concoquere, res ipsa ac autopsia euidenter demonstrauit. Quo argumento hanc Ossifragam barbaram esse & cognominari tradit. Huic nostro Aliti sub mento villus est plumosus, qui barbaram exactè repræsentat. Cùm igitur omnes quæ à veteribus Ossifragæ attributæ sunt, proprietates huic vni accuratè congruant, non video, cur ego ab hac mea sententia, nempe quòd hæc ipsa

Ossifraga vera sit, possum diuelli. Sed Aristotelicis & Plinianis argumentis & mea coniectura non ineptæ (vt arbitror) libet addere nomen, quo apud Ferrarientes hæc auis, vbi capta est, vocatur, videlicet Aquilastro, quod Ossifrago potius conuenire videtur, quam Anatariæ, vt Ornithologus existimauit, infirmo eoq; solo argumento ductus, quòd Aquilastro Italarum piscibus vesci acceperat. Hæc enim vocem spurium quiddam & imperfectum designare constat, quemadmodum Philophrastros & Poëtaros vocamus eos, qui Philosophorum & Poëtarum scripta exprimere conantur quidem, sed nequeunt assequi, & surdastro, non qui planè surdus est, sed qui egrè audit. Aquilæ autem spurie seu illegitimæ nomen in eam, quam omnes veram Aquilam esse fatentur, nec quicquam vnquam de generis naturæ arguit, in Anatariam nempe cadere non potest. Ossifragæ verò, quæ, etsi ab altero parente Halæto genita credatur, ob illegitimos tamen natales, & ob alia vitia, vt est visus imbecillitas, ab Aquilarũ generositate aliena est, apprimè conuenit. Verũ ne quis, quòd hanc eandẽ Auẽ piscibus etiã victitare diximus, Halætum esse opinetur; quæ res profectò Clarissimo viro, mihiq; amicissimo, doctissimo alioquin D. Carolo Clusio impoluit, qui huius Auis effigiem pro vero Halæto, vt rebatur, mihi, vt antè dixi, transmissit. Imo verò etiam alia, eaq; manifestissima, vt paulò antè declarauimus, signa deessent, vel ex sola magnitudine illa extima hanc ab Aquilæ reliquis seiungi, & Ossifragam esse, probari potest. Hæc enim Aristoteles cæteris omnibus Aquilæ vna excepta Gnesia, maiorem statuit. Cùm verò ea, quam nos damus, Ossifraga, alis expansis spithamarum nouem mësuras æquet, vt scripsimus; cùmq; illius Clusius, cuius olim ad nos dedit, longitudinem & latitudinem, quanta hominis vndiquaq; expansi fuisse testatus sit, ideo vel ipsi Chrysaëto parum

vel nihil cedere clarum erit. Halætus enim vix Miluum magnitudine superat: & Anataria iuxta Aristotelem omnium Aquilarum, excepta Melanæto, minima est.

Ea, quam secundam posuimus, figurà Bellonij est, quæq; Auem, quam ipse pro Ossifragæ exhibet, repræsentat. Hæc talis est. Corpulentia, colore & specie Milui est, hoc excepto, quòd duabus maculis, ijsq; nigris ad alarum latera notetur. Caput ei Accipitri stellari simile Crura & pedes Vulturina, colore luteo. Corpus totum molli & tenerrima lanugine instat Vulturini testum. Tibiæ totæ plumis vestiuntur. Dominus Aramontius eam secum redux è Turcia attulit, quæ compluribus aucupibus spectata, à nemine agnita est, quòd rara admodum in hæc æras deportetur. Aiebat ipsam in Illyrio, dum Turtorem depalcebat, captam fuisse: postea tamen venationi adhibitam, nullũ vnquam ferociæ vel magnanimitatis specimen edidisse. Vngues ei valdè patuli. Rostrum ac pedes stauescabant. Cadaueribus se explere putabatur. Hanc Ossifragam esse non posse, cùm ex eo quòd Miluo non sit maior, tum ex reliquis signis supra expositis, quibus caret, manifestum est. Quod etiam ipse Bellonius haud grauatim admitit, Vulturis minimi quoddam genus eam appellans: sed quia, quã pro Ossifragæ exhiberet, Auem non haberet, itaque ad hunc locum ob quandam cum ea similitudinem, hanc eandem referri posse putauit, atque etiam quòd ex Ossifragis Vultures procreari minores huiusmodi à Plinio scriptum sit.

Cor.  
Articuli.  
Ale.  
Lien.  
Vropygium  
8. Hist. c. 3.  
Inte ina.  
Aquilastro  
Carolus Clusius deceptus.  
Lib. 2. ca. 8. Magnitudo. Color. Caput. Crura. Pedes. Tibia. Vngues.  
Lib. 10. c. 3.





Ossifraga etiam, si non cum nostra eadem, saltem ad huius generis reducendam, quam in ex eius habitu ac moribus assequor, non temerè autumauerim, eam Auem, quæ, vt ex nobili quodam viro Tyrolensis comitatus accepi, in summis montium ibidem iugis nidificat, & ab aucupibus ac venatoribus indignè voce Beinbrecker, id est, verbo ad verbum reddito, Ossifraga appellatur. Rupicapras enim sublatis ex alto ad rupes & montium hiatus præcipitat, vt ita allisis, & ruina graui enecatis, ossibusq; omnibus diffractis esca sua commodè posatur. Quid? quod etiam frustra ossium, eaq; maiuscula interdum deglutiat. Color in dorso, qui Accipitribus, in ventre albicans. Magnitudo, quæ maximæ Aquilæ: Distentis enim vtrinq; alis, oryxæ est latitudo, quanta nempe hominis mediocris statura est, vbi brachia expandent. Venationem exercet summo mane ac sub vesperam, cessat meridie, quo tempore quiescentem aucupes & venatores sclopeto deiciunt, caput ac pedes amputant, eaq; ad regionis metropolim, quam Oenipotentem vocant, deferunt, præmium duorum Imperialium Thalerorum relaturi è publico à Serenissimo Archiduce omnibus propositum, qui has Aues, vt noxias, & Rupicapris, quibus eo loci non est nobilior venatio, maximè infensas occiderit. Tardè admodum ac difficulter ob ingentem corporis molem feruntur, adeò vt dum volant, ab peritioribus aliquando glante missili perimantur. Albertus Magnus aliud quoddam genus parat describere, vbi ait: *Quonium Aquilarum genus quod nos est perparuum & variū, & à quibusdam vocatur frangens os, è quo quòd quòd carnes essum comedit, os in altū subiectū super lapidem deiecit, & ex fractis ossibus medullam fugit.* Hæc ille, sed cum paruulam admodū hanc Aquilam esse scribat, non potest esse Ossifraga aut *phyn*, quam Aristoteles omnibus Aquilis, præter solam Germanā, maiorem facit.

Ornithologus ex amicorum relatu alias quaedam depingit. Augio, inquit, in montibus Heluetiæ nostræ Auem Aquilini generis nominari Beinbrucker, hoc est, Ossifragā; ab alijs Steinbrucker, quasi dicas, Saxifragam, quoniam ossa (vt ex Alberto relatum est) laxis injecta confringat. De hac olim amicus quidem ex Clarona insigni Heluetiæ pago, sic ad nos scripsit. Ossifraga, quam vidi annicula erat, capite nudo, & fluo colore, rostro incuruo, plumis albis: alæ hinc inde nigram habebant pennā, veluti Ciconia; affirmabat auceps eas crescere fere in magnitudinem Vulturis, & omnino flauescere, & ex interioribus eius plumis, quæ teniores sunt, præcipulas pretiosas fieri, vt ex Vulturibus quoque ad fouendum debilem ac frigidum ventriculum. Rursus ab alio accepi, hanc Auem aliquanto minorem esse Vulture, eiusque genus quoddam videri, colore fusco; cum Vultur pectore, collo, & capite magis flauescat, rarè capi, nisi quando à montibus propius ad pagos, & agrorum domos aduolet, hyemem propinquam & asperam expectari. Item ab alio, auem esse tantam, vt spatium ab alā extrema extendit ad alteram, orgyū siue vlnam excedat; varia animalium genera inuadere, Mures alpinos, Rupicapras paruulas; nidulari in rupibus, solam & solitariam agere, colore ex castaneo nigricante. Sed hæc forsitan Aquilæ veræ descriptio fuerit; ego nihil affirmo. Hæcenus igitur Ornithologus.

## GENERATIO.

**Q**UOD ex Halietis (inquit Plinius) ex diuerso Aquilarum costu generis nature est, in Ossifragis genus habet, à quibus Vulture progenerantur minores, & ex his magni, qui omnino non generant. Quæ generatio, quàm parum videatur verisimilis, alibi diximus. Li. 10. c. 3.

## INGENIVM.

**D**E indole huius Auis, quæ præclarum ac insigne liberalitatis exemplum præbet, vnus Aristotelis instar omnium verba apponam. *Quæ Ossifraga, inquit, vocatur, præbe & facit & vitis, (vnde mirari subit doctissimum Scaligerum, qui Ossifragam inter aues à prolem multiplicandam, minus rpta refert) cæna gerula est nutritat benè pullos suos & Aquilæ. Cum enim illa suo nido eiecerit, hæc recipit eos & educat. Mittit namq; pullos suos Aquilæ antequam tempus sit, ab hac parentis operam desiderantes, nec volandi adeptos facultatem; quod per inuidiam facere cecit ut. Natura enim inuida est, ac famelica, nec copiose venationis, magnum tamen quid nauos totur, cum venatur. Inuidet igitur liberis suis iam masculis atque edaciusculis, & ob eam rem vngribus secat. Pulli etiam inter se pugnare incipiunt de sede ac pasto. Itaque à parente eiciuntur & pulsantur, deiecti vociferantur, periclitanturq; sed Ossifraga recipit eos benè, ac tuctur, & alit, dum quantum satis est adolescant.* Quod ipsum Plinius testatur Lib. 9. Hist. stor. c. 34.

Lib. 10. c. 3

tur his verbis: *Εις τας ab his* (nempe Aquilis) *cognatum genus Ossifraga excipiunt & educant cū suis.* Hinc Bellonius factū existimat, & nomen (vt conijcit) & figmentum de Phœnice (quæ vox ad Phenem non parum accedit) Aue apud recentiores, quæ super nidum pingitur pectus suum dilanians, & cruore proprio pullos pascens. Sed hoc alij Pelicano tribuunt. Harū Auium amor erga sobolem suam Homerus in Vlysiē, & Telamacho sese recognoscentibus celebrat, dum ait:

Odysf. Π.

Κλαῖον δὲ λιγύια, ἀδινά τερον ἢ τ' αἰωνοί  
 Φῆναι, ἢ Αἰγυπιοὶ γαμψόνυχος, οἱ σὶ τεύχεα  
 Αἰθόται ἰξίλοιστο πάρος ἀνετινὰ γυρίσθαι, id est,  
*Flebant autem stridit abundantius, quam aut Aues  
 Ossifraga, at Vultures curua unguibus, quibus pullos  
 Rustici excipiunt, antequam volatiles sint.*

10

Lib. 1. d. p. scibus.

Quem locum imitatus est Oppianus.

Καὶ περὶ τις φῆσις ἀδικον γόον ἔκλυον ἀνὴρ  
 Ὀρβηται, ἀμφὶ γὰρ τίεσσιν, &c.

VENATVS. VICTVS. PVGNA.

Solertia. Vox.

20

**N**ON minorum animalium tantum, sed maiorum etiam venatu viuit. Nam Rupicapras & earū hinnulos sublatos ex alta rupe deijcit; nec Canes venatorum aut pastorum ab ijs, si soli conspiciantur, tuti sunt.

Quin & piscibus eam viditare, Anguillæ, quas in dissectæ ventriculo reperimus, reliquæ declarant. Neque hoc Halieto, vt diximus, proprium existi mandū est, cum præter hæc & Anartaria pisces capiat, quam tamen nemo ob id Halietum dixerit. Quod ipsum minus mirum videbitur. Si quis Ossifragam commune quippiam cum Halietum cognationis & generis merito habere considerauerit, vt à quo ortum & vitam, ab eo etiam morum & ingenij partem trahat.

Solertia.

Solertiæ & naturalis cuiusdam instinctus in Ossifraga memorabile Auicenna exemplum tradente quodam viro docto, adfert.

Visa est cum Vipera pugnare Ossifraga, & ex pugna ad herbam sese recipere soncho similem, quam cum quidam experiundi causa subtraxisset, rediens Auis neque herbam inueniens, statim periit.

Vox.

Lib. 5. de natur. rer.

Vocem eam non semper eandem edere Lucretius inuuit:

— Accipitres Ossifraga, Mergi,

Longè alias alio faciunt in tempore voces.

V S V S I N S A C R I S.

Odysf. T.

**O**SSIFRAGAM & Harpam (hanc ego cum Ossifraga eandem facio) Aues Mineræ attributas olim, Gyllius author est. Nam & Homerus Mineræ huic Aliti cōparauit, cum ait: *Μινερνα ἐ Πυλο οβυσ φῆνν ειδόμενν*, id est, *Ossifraga similis*; vbi interpretes Phenem Auem Aquilæ similem faciunt. Honestior autem (inquit Eustathius) hæc cōparatio Mineræ ad Ossifragam est, quam illa *Ὀρως ἀνὸ πηκῆ δις πτατο*. Nam *φῆνν* videtur denominata *παρὰ τὸ φαίνεν*. Est autem Miuerua *φωσφορος*, id est, lucifera. Cæterum Anopæam Auem aliqui genus Aquilæ simile Ossifragis esse tradunt, vt postea latius declarabitur. Fuit autem, vt Alexander ab Alexandro ex Plinio refert, diu inter Romanos augures quæ situm, nunquid Sanqualis & Immulsulus, quas cum Ossifraga eadem Aues supra statuimus, inter Aquilas censendi forent: quorum volatus licet xuo priore incognitus, secundissimos tamen euentus habere credebatur. *Quidam* (inquit Plinius) *post Mutium augurem visos non esse Roma confirmare. Ego in delidia rerum omnium non arbitror agnitos.* Feitus item testatur alites volatu auspicia facientes itas fuisse putatas, Buteonem, Sanqualim, Immulsulum.

Anopæam Auis. Lib. 5. cap. 11. General. dier. Li. 10. c. 7.

## VSUS IN HIEROGLYPHICIS.

**Æ**GYPTII, vt scribit Pierius, cum piū & placidis moribus ornatū Regem, & qui vitium & necessaria inopibus erogat, ostendere volebant, Auem illam, quam à vigore, ac vna cum suis foueat. Lib. 19. Hierogl.

## VSUS IN MEDICINA.

**H**ABET & vsum suū Auis hęc in medicamentis. *Osisfragi venter* (inquit Plinius) *arefactus & potus* (in codice Marcelli Empirici, *madefactus, & appositus*, quod nō placet) *is qui cibos non conficiunt, vtilissimus, vel si manu tantum tenent aut cadentes cibum. Quidam addignant ex hac causa, sed continuare non debent: maciem enim facit.* Et alibi quoque ita scribit: *Vnū est Osisfrago intestinum mirabili natura omnia deuorata conficienti: huius partē extremā adalligatam prodesse cōtra colicū constat.* Item alio loco: *Osisfragi venter arefactus cōtra calculos & alias difficultates vesicæ commēdatur.* Dioscorides verō de eiusdem Auis ventriculi efficacia similia prodidit, his verbis: *Osisfragi Auis venter particulatim posus calculos cū loio pelotere proditur.* Marcellus quoq; Empiricus ex hīce desumpta istāc tradidit: *Auis Osisfrage ventriculus salinus, vt seruari possit, aut excutus, aut in puluere redactus, cū vini potione datus, vrinā efficaciter prouocat.* Idem aliās. *Huius intestini pars extrema colligitur & reponitur, & cū nō opus fuerit, vteri laborantis alligatur. Remediō miro omnes intestinorum dolores citissimē sanat.* Intestini natura. Lib. 2. c. 47.  
*Phenes os adcoxam suspensum, cirros, id est, varices sanare scribit Kiranides.* Eadem ferē remedia Harpæ attribuūt. Idem Kiranides author est fel eius cum melle albedinem (*leucen*) & lepram curare. Item sterces eius aridum & tritum si quis biberit, vel gustauerit, concoctionē promoturum, & calculose affectioni & dysuriæ opem allaturum.

Verūm appendicis loco ad Osisfrage historiam subnectam, quæ de Anopæ, cuius apud Homerum mentio fit, varij sentiunt. Hic enim potissimum referri videtur, quod interpretes Anopæ 2 Auis. Odyss. 4.

30 *Aem esse de genere Aquilarum, & Osisfrage similem exponūt.* De hac Homerus, vbi de Minerva agit, ita habet: *Ορνις δ' αὖ: Ἀνόπαια δὲ πταρο.* Alij verō vocem *Ἀνόπαια* interpretātur pro *ἀρνίς*, quod est inuisibilis: vel pro *ἀνορορῆς*, quod est, fursū euecta, vt Empedocles de igne scribit, *Καρπαλίμω δ' ἀνορορῆος*, id est, celeriter verō sursum. Et sic Herodianus apud Homerū accipit, *ἄνοπαια* penanflexum scribens, neutrum plurale, loco aduerbij, vt *πυκνὰ* pro *πυκνῶς*. Alij *ἄνοπαια* interpretantur *ἀνα πλω* ὀ πλω, id est, per foramen teſti, quod *καπνῖα* & *καπνοδοκῖα* (infumibulum) nomināt. Sunt potremo qui *ἄνοπαια* scribant, & Hirundinē intelligant; quod Panope ciuitas ἄνοπαια in Phocide sit. Fingitur autē in Aulide Phocidis contigisse, quæ poſtē fabulantur de Tereio, vt Varinus ex Eustathio restatur. Est & motūs nomen *Anopæ* Herodoto & viæ iuxta Locridem.

## DE AQUILA ALBA SEV CYCNEA.

## Cap. XII.

**A**QVILAM autē albā seu Cycneam ad Osisfragam potius, quā ad aliud Aquilæ genus reducendam esse existimo, & præcipuē hac ratione. Albertus enim magnitudine eam ferē Herodij, id est, Chryſæto æqualem esse, sed ignobiliorem scribit. Nulla autem alia ab Osisfraga ad Chryſæti magnitudinem proprius accedit. Deinde quia tā piscibus, quā quadrupedibus videtur, quod Osisfragæ conuenit. Verba Alberti huc ascribam, quod facilius vnusquisq; iudicet. *Albū genus Aquilæ rarū, inuenitur tamē aliquādo in alpihus & rupibus circa Rhenū, vt sepe experti sumus. Est autem hac Aquila tota alba niuei candoris, magnitudine Color. ferē Herodij, id est, Chryſæti seu Aquilæ Germanæ ignobilior tamen, minusq; veloc. Finis uel Magnitud. natu Leporum, Cuniculorū, & huiusmodi paruorum animalū. Nam aliquādo Catules Vulpeculas Vicius. & Porcellos rapit, & quando pisces in summa aqua nasantes. Hæc fortassis eadem fuerit cū ea, quā superius in alpihus Tyrolensibus conspicit, ac Rupicaprarum hinnulos, Agnos, Canes abripere diximus, albā pronō corpote, magnitudine Aquilæ Germanæ, & volatu tradam admodum: vti si quis Alberti verba expendat, & cum hac Osisfraga conferat, faciliē eluceſcit.*